

Christian Hildebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Christianus Hildebrandus ...
Ad Exequias Quas ... Margarethae Ridemanniae ... Stephani Schulteti ... Relictae
Viduae Frater, Soror & coeteri haeredes moestissimi hodie adornabnut Ordinem
Academicum officiose invitat ... : [P.P. Sub Sig. Rectoratus XV. sept. A.
MDCLXXXVI.]**

Rostochi[i]: Weplingius, [1686]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775774782>

Druck Freier  Zugang



Hiltebrand, C.
in
M. Ridemann,
viduam St. Schultetus.
Rostock, 1686.

46

138.

PROGRAMMA

QVO

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

CHRISTIANUS HILTEBRANDUS,



Logices Prof. Ducal: Ordin: Publ:

AD EXEQVIAS

QVAS

MATRONÆ NOBILISSIMÆ, PIENTISSIMÆ
AC SUI SEXUS DOTIBUS LAUDATISSIMÆ

MARGARETHÆ
RIDEMANNIÆ,

VIRI NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI, atq; EXPERIENTISSIMI

DN. STEPHANI SCHULTETI,

U. Medicinæ Doctoris & Practici felicissimi,
item Superiorum Mathemat. Profess. Ducal;
celeberrimi

Relictæ Viduæ

Frater, Soror & cœteri hæredes mestissimi hodiè
adornabunt

ORDINEM ACADEMICUM officiose invitatur &
amanter provocat.

Rostochi Typis JOH. WEPPLINGII, Acad. Typogr.



Macs homines, viam omnis
terræ, hoc est hominum in
terra viventium 1. Reg. 2, 2. cal-
catam calcare oportet, siue
sint senes, siue Juvenes, siue
divites siue pauperes. Vasa
enim fictilia siue vetera, siue
nova, æqualiter periculo fra-
ctiois obnoxia sunt. Ita
quoque homines cuncti. Et si ex figulo quæres,
quodnam vasorum prius frangendum esset, re-
sponderet, quod prius in terram ceciderit. Sic e-
tiam homines, non quia antiqui, sed quia mortis
periodus à DEO statuta, eos in terram traxerit, mo-
riuntur. Verum beate & in Domino Jesu, unico
mortis destructore, mori, ita ut mors sit lanua vitæ,
verorum Christianorum ars est, & in iis divina vir-
tus, quam nullus in se sentit paganorum. Si quis
inter gentes cum Socrate videretur mori imperterritus:
quæ age tandem ejus est fiducia? Equidem Ci-
cero in Tusculanis quæstionibus totum librum pri-
mum, satis grandem consumsit in hac unica quæ-
stione: *Quod mors sit contemnenda.* Omnia hoc
cornuto dilemmate absolvit. Aut manent animi post
mortem: aut mortem intereunt. Si manent, bea-
tos censeo, si intereunt, non sunt miseri, quoniam
ne sunt quidem. Primum demonstrare, quod
animi

animi post mortem remaneant, arduum censer &
quod vix obtineri queat: in altero, quod si non
remanent, non sint miseri, esse verendum, ait, ne
malum sit, sensu carere. Verum sit ita. Confidat
Cicero, per qualescunq; Platonicas demonstratio-
nes forte convictus, quod supersint mortuorum
animi. Unde demonstrabit, eos esse beatos? Quid si
non ad Elysios campos perveniant, sed illuc, ubi

*Continuo fonteis ultrix accincta flagello
Tisiphone quatit insultans, torvosq; sinistra
Angves intentat?*

Si dicit, non fontium, sed in fontium animis se
gaudia alterius seculi promittere; unde amabo no-
vit, se non fontibus esse annumerandum? Forte So-
crates ipso innocentior, quam primum Minos ur-
nam moverit, cohorrescet. Nec enim illorum nu-
mero se eximere poterit, qui

*Hinc metuant, cupiuntque: dolent gaudentque:
quibusque, etsi animose moriuntur.*

Non tamen omne malum miseris; non funditus omnes

Corporea excedunt pestes, penitusque necesse est

Multa diu contracta modis in sol secere miris.

Quid si post egressum è corpore anima Socratis
inter illas locanda est quarum alia,

Exercetur poenis, veterumque malorum

Supplicia expediunt: alia panduntur inanes

Suspensa ad ventos: aliis sub gurgite vasto

Infectum eluitur scelus aut exurit igni?

Audiant hæc illi Christiani, quibus purgatorius ignis, quo scelera animorum post mortem ante eluenda sunt, quam admittantur ad Beatorum sedes, ex Pythagorica persuasione creditur. Qua tandem fiducia morientur? Num tantum virtutis sibi adscribent, ut nihil defectuum rigidus in altero seculo Iudex inveniat? Audax & fallax persuasio! An supplicium propter patrata scelera & intermissa officia tamdiu subeundum, donec infandis poenis omnes maculae sint abolitae, sine horrore adibunt? Tristis sane futurorum objicitur imago. Nulla certe spes animus erigitur. Spes, quae injicitur, incerta, vana, nulla est: Saltim praesumptio est. Si morituris certiore illam spem, quae beatam nostram MATRONAM, jam in faucibus mortis hærentem, animavit, demis: omnia ademit, unde ergo fiducia? Quænam autem illa spes certior? Paulus, vas illud electum Dei, respondeat Rom. XV, 4. Per patientiam & consolationem Scripturarum spem habemus. Spes igitur est certa eorum, ex quibus nos Scripturae sacrae consolantur per patientiam expectatio. Expectemus igitur. Quid quæso? Quæ Scriptura, adeoque Deus ipse in scriptura promisit: æternam nempe in caelis beatitudinem. Futura igitur bona sunt, quæ spes intuentur: sed certa, sed promissa ab eo, qui nec fallit nec fallitur. Bonum expectat, sed quod Deus ipse
por-

promisit. Quod tibi recipis, five à te ipso, five ab aliis, qui mortales sunt & in horas mutantur, five etiam à rebus illis, quas quidem seculum magni æstimat, sed quæ in seipsis fluxæ & caducæ, nonnunquam quoque noxiæ sunt, ceu sunt opes, honores, Potentium amicitia: tantum abest, ut inde ærumnas tuas solari, nedum sub exitu vitæ constans & firmus esse possis, ut potius, si perit, in quod confidebas, nova affligaris calamitate. Magnanimus erat Socrates, jam jam bibiturus Cicutam, ejus succum cogebantur Athenis bibere damnati Plin. LXXV. c. XIII. Volebat quidem magnanimus videri, non erat. Subdubitabat, quid de animo suo esset futurum, cum veneno corpus cœpisset intumescere. Auferebatur illi sol & quicquid sub sole est. Nulla spes à rebus, quibus vitam oblectaverat, Futurusne esset superstes animus post mortem, an abolendus, ignorabat. Nullæ illi erant tabulæ, unde salutem in alio seculo sibi promitteret. Nulla DEI promissa, quibus se frigescente jam corpore erigeret. Jubebat mactari gallum Apollini, quasi jam morbis procul esset. Sed unde illi spes quod morbos nescius, melius esset habiturus? Ab Apolline? Quonam illo? Atro an albo? Ecce ò homo, quid homo differat ab homine! sperat ille: sperat iste. Ille spe excidit: iste beatur: Spem veram roborat fiducia de futuris recipiendis. Falta spe-

rat sine robore fiducia. Fiducia innititur ei, quod
jam præsto est, eo firmior, quo fundamentum e-
jus solidius. Spes ex illis, in quæ confidit, promit-
tit sibi, quæ desiderat. Omnis illi certitudo ex eo,
quod jam præsens intuetur. Si quod intuetur, fallax
est: spes quoque est vana. Fiducia non satis sta-
bilis, spem parit sine robore, vacillantem in ad-
versis. Si non fallit, qui tibi futura promisit, nec
tu spe tua falleris. Omnibus adversis superior in
ipsa morte es beatus. Sed telam hanc exorsam
pluribus pertexere aut extendere non licet. Or-
tum piæ defunctæ nostræ MARGRETHÆ, MA-
TRONÆ PIENTISSIMÆ, quod concernit, na-
ta lucem hanc aspexit die XXXI Julii A. O. R. 1616
VIII. Patre Viro Pereximio Dn HEINRICO RIDE-
MANNO Mercatore, œnopolâ & primario Antisti.
te D. Nicolao Sacri, uti & sedecem Viro, Chilonii,
Matre verò, Fœmina pietate virtutibusque omnibus
decoratissima ANNA DREIERIA, post discessum
beatum mariti desideratissimi per trigintâ quinque
annos vidua & 85. ætatis anno demum vitam cum
morte commutantè. Avum paternum, habuit Vi-
rum conspicuum Dn. HERMANNUM RIDEMAN-
NUM, Mercatorem præcipuum Osnabrugen-
sem. Aviam paternam Fœminam pientissimam
ADELGUNDAM TIETMERIAM. Avus mater-
nus ipsi fuit, Vir Eximius atque prudentissimus,
Dn.

Dn. PETRUS DREIERUS mercator primarius, **Efelvordii** in **Holsatia**. **Avia** materna, **MARGARETA TAPEN**, **Fœmina** virtutibus sexum **fœmineum** ad decentibus apprimè dotatam:

Abavum paternum habuit, **Virum Per-Qvam Reverendum**, & **Doctissimum Dn. SIMSONIUM RIDEMANNUM**, **Ecclesiastem** apud **Osnabrugenses** vigilantissimum. **Abaviam** paternam, **Fœminam** ad exemplar ornatissimam **ANNAM MARGARETAM ARNDIAM**, **Plurimum Reverendi atqve Clarissimi Dn. Mag. HEINRICI ARENDS** **Pastoris** **Osnabrugensis** fidelissimi & meritissimi filiam.

Abavum maternum **Virum Nobilissimum, Consulissimum atqve Amplissimum Dn THOMAM Børnsen / Consulem** apud **Eklenvordientes** **Celebratissimum, Dn. NICOLAI** **consulis** quoque **ibidem gravissimi, felicem.**

Abaviam maternam, **Fœminam, Prænobilem ANNAM von Harzen / Dn. PETRI**, **senatoris prudentissimi Amplissimiqve Eklenvordii filiam,**

Hiscæ **Mojoribus NOSTRA**, **quæ jam ad fœrale officium nos excir, orta, hiscæ enutrita est parentibus. Vix autem lucem adspexerat, cum mox persacræ atqve tincturam cœlo destinaretur.**

Et sicuti à probis parentibus, improbam non trahere potuerit indolem, parentes ab incunabulis e-
jut

jus, imprimis id egerunt, ut eum lacte materno
Pietatem, quippe quæ cœterarum virtutum, qui-
bus **NOSTRA BEATA** plurimum polluit, uni-
cum est fundamentum, imbiberet. Eamque crescen-
tibus annis assiduo divini verbi auditu in locis sacris,
ubi **DEUS** nominis sui memoriam posuit, aluit,
alendo auxit & augendo confirmavit. Privatam
Anno clō lōc **XXIIX** Dominica Palmarum
per mortem optumo Parente, moribus autem
probis dotatam Vir juvenis Eximius atque Poli-
tissimus **CHRISTIANUS KIRCHERUS** œ-
nopola, Viri incomparabilis & toto orbe cla-
rissimi Dn. **ATHANASII** Romanensium
ocelli Dn. **JOANNIS KIRCHERI**, Capituli Co-
loniæ Agrippinæ Decani, germanus frater, misere a-
mare cœpit. Equidem, majoribus vel etiam fra-
trum nomine saltem satis clarus procerus, primitus ta-
men à Matre **BEATÆ NOSTRÆ** repulsam pas-
sus, quod pontificiam, in quâ educatus erat, pro-
fitebatur religionem. Verum, postea verbum **DEI**
diligenter legenti, meditandi, conciones ortho-
dorū devote audienti, informatione privata Dn **M.**
HINRICI Langemacken Pastoris Chiloniensis vigi-
lantissimi, subveniente, duobusq; & gratia Spiritus S-
renunciatis erroribus papalibus, orthodoxam fidem
amplectenti profitentiq; prælaudato **KIRCHERO** no-
stra *Margaretha* matrimonio juncta fuit, tam lætis
feli-

felicibusque auspiciis, ut omnibus in rebus floruerint, & nihil quicquam, quod matrimonium aliquod secundum reddere poterat, desideraverint, nisi prolem. Anno clō DC XLIII die XV. Novembr. marito jucundissimo, Patre familias solertissimo, se orbata[m] vidit, locoque conjugis amissi, luctusei per integrum quinquennium & quod excedit, fuit familiaris: & quamvis occasiones satis sic amplæ nubendi ei haur defuerint, omnes potius vitæ dies in Viduo vivere, quam secundas easque rarò verè secundas celebrare nuptias, animum induxit. Enim verò quæ homo proponit, *DEUS* disponit & *Beata[m] nostram* diutius apud Chilonientes solitariam vivere noluit, sed eam Rostochium vocavit. Quo factum est, ut in constanti ambientis Viri Nobilissimi, Excellentissimi atque Experientissimi Dni **STEPHANI SCHULTETI** Utr. Med. Doctoris & Practici felicissimi item Professoris Superior. Mathem. celeberrimi, perseverantia, *DEI* venerari Singularem & divinam providentiam voluerit, debuerit. Quippe huic Experientissimo viro non alia magis idonea inveniebatur, utpote *BEATA NOSTRA*, quam vitæ torique sociam faustissimo fidere, nuptiis decenti solennitate hinc Rostochii Anno clō lōc XLIIIX die XIIIX Maij celebratis, sibi associavit. Cum hocce marito suo annos prohdolor nondum sex habita vit, ad eò tamen feliciter

B

&

& p̄cātē ut conjugium licet infœcundum, Sine jur-
gio, sine offensa, utpote, qv̄z viri nurus custodie-
bat, fuerit, **NOSTRA**q; **BEATA** nihil magis sibi
exoptārit, qv̄am cum hocce suo **SCHULTE-**
TO Nestoreos exigere annos, & ad extremum
vitæ terminum felix hoc continuare matrimo-
nium. Aliter autem **DEO** visum fuit; Anno e-
nim cis **1644**. die **XIX** Aprilis inopinata atqve
subitanea sed beata, laudatissimus **DN. SCHULTE-**
TUS abreptus est à conjugē, morte. Et qv̄am,
vis matrimonium tertium conjugibus sapius verē
secundum esse soleat, id tamen ambientibus de-
negavit, & in **Viduitate xxxii** perstitit vitamq; finivit.
Qva pietate autem in **DEUM**, in cuius cultu omnes vi-
duatus annos occupabat, qv̄am assiduē & devotē sa-
cr̄a obierit publica, cū tot luculenti testes & Chilo-
nii & Rostochii adsint, qv̄ibus tot annis nota fuit
heic commemorare fusius supervacaneum est. Uni-
cz erant deliciaz cœribus piis interesse hymnis, &
lectionibus vacare sacris, omnibus benefacere & à
suspensione mali, quantum per fragilitatem licebat
humanam, abstinere. Et qv̄emadmodum veri Chri-
stiani, vera est nota, inimicis benefacere, pro eo-
rum conversione devotas fundere preces, ita qv̄oq;
Beata nostra juxta monitum salvatoris nostri Christi-
anos veros hac in parte incitabatur. Ante tempus
qv̄oddam Sororē sibi unicam, **ANNAM** Matronam,
omnigenz pietatis & Virtutis exercitio, in clytam,
Viri

Viri Amplissimi ac Integerrimi. Dn. JACOBI CAR-
MONI, affinis nostri honoratissimi, dilectissimam
conjugem conveniendi, desiderio coepit flagrare;
antequam autem iter destinatum iniret, præviâ ea;
que seria peccatorum agnitione & confessione,
sanctissimo corpore ac sanguine dulcissimi salvato-
ris nostri, viatico summè necessario à Viro Admo-
dum Reverendo, Clarissimo, Amplissimo DN. M.
LUDOVICO BARCLAIO Archidiacono Mariano
fidelissimo & optimè merito, die XIX Julii cibata,
animam firmavit. XXIII die autem hujus mensis
iter instituendo, fratrem sibi unicum Virum Am-
plissimum & Prudentissimum HINRICUM RIDE-
MANNUM Senatorum & Camerariorum primum
multis sollicitavit precibus, ut unâ proficisceretur
ad sororem in prædio hæreditario Biezen habitan-
tem, qui petitis ejus annuendo Præeuntem sequutus
est sororem. Quo gaudio, quâve lætitiâ soror, so-
rorem & Fratrem adventantes exceperit, dici non
potest. Multa inter se vario sermone verba seren-
tes, in Christiana charitate & licita hilaritate bidu-
um sese delectantes. XXVI autem Julii sub pran-
dio horror quidam totum NOSTRÆ BEATÆ
occupavit corpus, adeo ut lectum, quod ei ferale
fuit, petere coacta fuerit. Videbatur horrorem
post brevem somnum, aliquantulum remisisse, ve-
rum cordis angustiis incrementibus, nomine dulcis-
simi Jesu læpius invocato, fractis verbis ingemnavit:
Ves.

Nescit lingua loqui. Gemitus Tu percipe Jesu! nec
post hæc verba, verbum addere voluit, tacitis tamen
motibus pectus in suspiria sollicitavit. Quotiens com-
monefacta, ut recordaretur meriti passionis & mor-
tis Jesu Salvatoris, Jesum unicam animæ suæ salutem
esse, nutu indicavit: Adhibita quidem sunt Medi-
camenta selecta corpus firmandi, eumq; in finē amici
Pharmacopolam & Chirurghum Butzovientem ad se
vocârunt. Sed horū ars frustra, remediis paroxismo
ingravescente nihil effici potuit. Tandē inter cantus,
preces & suspiria dulcissimæ sororis amantissimi fra-
tris & affinis dormientis instar extincta & XXII. Ju-
lii inter undecimam & duodecimā meridianam horā
postquam LXXII annos tribus minus diebus, in hac-
ce miseriarū valle, varias experta esset calamitates,
placide & beatè obdormivit. **SIT MEMORIA**
EJUS IN BENEDICTIONE! Scire jam per Vos
poteritis **ORDINIS ACADEMICI CIVES**, quid
vestri sit muneris, cum & virtus carissimæ Matro-
næ & Viri, ingentia quondam in Academiam &
Rempubl. merita, vos commonefaciant, ut fre-
quenti comitatu ejus feretrum stipetis. Cæterum ita
vivite, ac si post horam & Vobis sit migrandum.
Paucis datur ultra Septuagesimum ita vitæ pro-
rogare annos. **DOMINUS NOBISCUM!**

P. P. Sub Sig. RECTORATUS XV. sept. A. clo, lxxLxxxv.

Convenetus fiat in aede Jacob

Post hor. I





Dn. **PETRUS DREIERUS** mer
rius, Etseln vordii in Holsatia. Avia ma
GARETA TAPEN, Fœmina virtu
fœmineum addecentibus apprimè de

Abavum paternum habuit, Virum Pe
verendum, & Doctissimum Dn. **S**
RIDEMANNUM, Ecclesiastem ap
genes vigilantissimum. Abaviam pa
minam ad exemplar ornatissimam **AN**
GARETAM ARNDIAM, Plurimum
atqve Clarissimi Dn. Mag. **HEINRICI**
Pastoris Osnabrugensis fidelissimi & m
liam.

Abavum maternum Virum Nobiliss
sultissimum atqve Amplissimum Dn
Börnfen / Consulem apud Eklenvor
bratissimum, Dn. **NICOLAI** consuli
dem gravissimi, felicem.

Abaviam maternam, Fœminam,
ANNAM von Harzen / Dn. **PETRI**
prudentissimi Amplissimiqve Eklenvo

Hisce Majoribus **NOSTRA**, qua
rale officium nos exciit, orta, hisce en
rentibus. Vix autem lucem adspexera
per sacrae aquae tincturam caelo destinata

Et sicuti à probis parentibus, imp
trahere potuerit indolem, parentes ab i

